



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XXXV. Quòd iuniores vouere possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

CAPVT XXXV.

Quòd iuniores vouere possint.

SEQVITVR Disputatio QVARTA de iis, qui vota monastica suscipere, ac nuncupare possunt. Quatuor sunt genera personarum, quibus ceteris aduersarij negant facultatem huiusmodi vota suscipiendi. Primò, iuniores. Secundò, filii familiarum uitis parètibus. Tertio, coniuges ex consensu mutuo. Quarto, coniuges ante Matrimonium consummatum, in iuniorum tero coniuge.

De PRIMO, Lutherus libro de votis monasticis ait, oportere viros admittere ad vota monastica nisi post annum LXX. vel LXXX. Similiter Confess. Augustana, art. 27 queritur, quod pueri permittantur fieri religiosi. Calaneo lib. 4. Institut. capit. 15. §. 19. dicit olim nefas fuisse antea annu- num LX. admittere fœminam ad votum continentia. Ne- tyr in libro de cœlibatu, & votis eandem querimoniam re- nouat. Probant ex illis verbis i. Timoth. 5. *Adolescentes viduas deuota, vel ut est in Græco παρὰ τὸ, reice. & Polum- niores nubere, matres familias esse, &c.* possumus addere duos veteres Canones; nam Concilium Romanum sub Six- stro can. 10. prohibet velari Sanctimoniales ante annum LXXII. & B. Gregorius lib. 3. epist. II. vetat Sanctimoniales velari ante annum LX.

At his non obstantibus dicimus duo. Primo ad vota suscipienda continentia, obedientia, & paupertatis, requiritur quidem eam ætatem, in qua sit vsus liberi arbitrij, sed ubi adfuerit, in quacunque ætate licere talia vota nuncupare. Probat PRIMO Scriptura. Thren. 3. *Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Matt. 19. *Si uis paru- los venire ad me.*

SECUNDO exemplis, nam Ioannes Baptista à pueritia se- cessit in eremum, Luc. 1. B. Maria adolescentula uouit per- petuam continentiam, ut suprâ demonstrauimus, beatus Antonius, Paulus I. Eremita, Hilarion, Benedictus, Be- nardus, Franciscus, aliiq̃ue permulti in adolescentia Mo- nachii facti sunt, ut patet ex Athanasio, Hieronymo, Grego- 213

rio, & Bonaventura, in eorum sanctorum vitis. pari ratione omnes ferè sanctæ virgines, quas Ecclesia publicè colit, adolescentulæ vouerant continentiam, vt Theclâ, Agnes, Cecilia, Agata, Lucia, Clara, Catharina, & aliæ propemodum infinitæ.

TERTIO probatur ex Patribus. ATHANASIVS de humanitate verbi, dicit etiam pueros virginitatē profiteri doctos esse à Christo. BASILIUS in quæstionibus diffusè explicatis, q. 15. disputat in qua ætate recipiendi sint homines ad vota monastica. & respondet, in prima ætate esse recipiendos pueros ad monasterium, sed nō esse admittendos ad professionem, nisi vbi cœperint liberū habere vsū rationis. AMBROSIVS lib. 3. de virginibus: *Non ergo, inquit, etas reicitur florentior, sed animus examinatur. at certè Theclam non senectus, sed Virtus probauit, et hinc quid plura contexam, cum omnis etas habilis Deo, perfecta sit Christo? nec mirère in adolescentulis professionem, cum legeris in paruulis passionem. An dubitamus, si eum vsq; ad continentiam sequatur adolescentia, quem vsq; ad mortem confiretur infantia?*

HIERONYMVS in epistola ad Eustochium de virginitate docet in cœnobiis fuisse suo tempore homines omnis ætatis, pueros, viros, senes. AVGVSTINVS de sancta virginitate, cap. 36. *Sed, inquit, respice agmina virginum, puerorum, puellarumq; sanctarum, in Ecclesia tua eruditum est hoc genus, illic tibi à maternis & beribus pullulauit, nomen tuum ad loquendum linguam soluit, nomen tuum velut lac infantia sua suxit infusum, non potest quisquam ex hoc numero dicere, qui prius fuit blasphemus, & persecutor. immò etiam quod non iussisti, sed tantummodo volentibus arripendum proposuisti dicens, qui potest capere capiat, arripuerunt, & ouerunt, & propter regnum cælorum seipso non quia minatus es, sed quia hortatus es, castrauerunt.*

SECUNDO DICIMVS ad professionem publicam expectandam etiã eam ætatem, quam leges Ecclesiæ præscribunt, quæ pro temporum, & locorū diuersitate variæ exstiterunt; nam Concilium Cæsaraugustanum, cap. vlt. & Agathense can. 13. iuebant expectari annum XL. antequam mulieres publicam professionem emitterent. Concilium autem Carthaginen. 3. can. 4. iubebat expectari annum XXV. quod ex-

B B b b

positum

positum est in Concilio Mileuit. can. 26. debere intelligi si aliqua necessitas cogat ante illud tempus virginem. B. GREGORIUS lib. I. epist. 48. in insulis ubi est molestissima habitatio, iubet, ne recipiatur aliquis ad monasticam professionem ante annum XVIII. ex quo rectè deducunt Canonici in aliis locis posse recipi in minori ætate, nimirum antea quam ætatem definiunt multi canones, vt cap. Ad nolentem & cap. Significatam, extra de regularibus.

Potior Concilium Trull. can. 40. & Concilium Trull. cap. 24. permittunt professionem etiam ante annum XII. nostro tempore Concilium Tridentinum sess. 25. capitulum 1. tuit professionem non debere fieri ante annum XV. L. ætatem etiam olim definiert S. Basilius, vt testatur Concilium Trullanum, cap. 40. ex quibus apparet nunquam in Ecclesia fuisse consuetudinem, aut legem, vt expectaretur annus LX. vel LXXX.

Ad ARGUMENTA. Illud Apostoli: *Adolescentiora* seu reuice, intelligitur à numero earum viduarum, quæ Ecclesia alebat, non a voto continentia. Solùm enim LX. annorum quæ se ipsas alere non poterant, voluit Apostolus nutriri sumptibus Ecclesie.

At, inquit Petrus Martyr, si iuniores arcebat Paulus conuictu earum viduarum, quas alebat Ecclesia propter riculum incontinentia, cur non obeandem causam arcebdæ sunt à voto? RESPONDEO, quæ alebatur ab Ecclesia, arcebant etiam continentiam, turpius autem fuisset debarre à voto aliquam ex iis, quæ publicè alebantur ab Ecclesia, quàm ex aliis. idcirco nolebat Apostolus recipi iuniores ad nutrum earum, quæ ab Ecclesia alebantur. Illis autem veritas *Volo iuniores nubere*, opponimus aliud, volo, ex I. Corinth. *Volo omnes esse sicut me ipsum*, id est, continentem. Cùm istæ voluntates contrariae sint, oportet dicere neutrum adferre præceptum, & absolutè quidem Apostolum cupisse vt omnes continerent, tamen quia nonnullæ bonum propositum deseruerant, cœpisse optare, vt iuniores quæ viderentur perseueraturæ, potius nuberent, quàm vouerent. Vide quæ de hoc loco diximus supra cap. XXX.

Ad illud Concilij Romani dico, PRIMO, locum esse corruptum, & in intelligibilem, & fortassè multò minorem æ-

Conc. Trid.